

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4250

Auteur(s) : Guillaume de Tournebu, Coutances (évêque)

Bénéficiaire(s) : La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1196

Lieu d'émission : Saint-Lô

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume, évêque de Coutances, notifie et approuve les donations faite par Auvray de Duit, fils de Renaud de Duit, à l'abbaye et aux chanoines de Sainte-Trinité de La Lucerne.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° XXXII, p. 28-29.

Texte établi d'après a

Universis sancte matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Dei gracia Constanciensis episcopus salutem in Domino. Noveritis universi quod Alveredus de Duit, filius Renaldi de Doit, concessit, in presentia nostra, abbatie et canonicis Sancte Trinitatis de Lucerna, in puram et perpetuam elemosinam, absque ulla sui heredumque suorum reclamacione, donum patris sui Reinaldi de Duit, videlicet ecclesie de Maisnil Roberti, cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus. Dedit que ex parte sua idem Alveredus prenominate abbatie et canonicis per manum nostram, in puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime sue et parentum suorum, in eadem villa totam masuram a La Contoor, de qua Johannes Karade reddet eidem abbatie annuatim tredecim buissellos frumenti, liberam et quietam ab omni exactione et redditu et servicio, excepta molta et opere molendini. Itaque si predictus Johannes vel heredes ejus inde forisfecerint, et Alveredus vel heres ejus, vel molendinarius, vel baillivus ejus inde conquesti fuerint, abbatia habebit inde Curiam. Si vero predictus Johannes vel heres ejus fuerint inde in misericordia, abbatia habebit misericordiam, et idem Johannes vel heredes ejus reddent Alveredo vel heredibus ejus vel molendinariis suis quicquid inde dampni perpepsi fuerint, secundum judicium Curie abbatie. Dedit etiam sepedictus Alveredus prescriptis canonicis dimidiam acram terre non longe ab ecclesia de Maisnil Roberti, in excambio tercie partis unius acre quam eadem abbatia habebat juxta molendinum suum in eadem villa. Que omnia, ut rata permaneant, presentis carte et sigilli nostri munimine dignum duximus roborare. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M C XC VI apud Sanctum Laudum, presentibus his: magistro Ricardo Hairon, magistro Radulfo de Talevenda, Roberto Nepote, Johanne Bacon, clerico, Willelmo Bacon, milite, Ricardus Christiano, Johanne Karade et pluribus aliis.